



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 54. Synodi Monasteriensis Decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

jussu in Hispaniam ad Regias fascias neo-nato Filio deferendas missus, Philippo Regis ac Reginae animos tam arcte sibi devinciebat, ut ab utroque in Nuntium Apostolicum expetitus, atque Ephesus Archiepiscopus renuntiatus Iberum Provinciam regeret. Attamen obtenta Purpura ad Archiepiscopalem Ecclesiam Montis Regalis vocatus, vix uno sacri Regiminis anno expleto die septima Mensis Septembris decessit, annos natus quinquaginta quatuor.

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

§. LIV.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Denuo Christophorus Bernardus Monasteriensis Episcopus, quamvis componendis Colonienfium diffidiis plurimum distentus esset, bis tamen hoc anno die decima Martii & decima tertia Octobris Synodum Diæcesanam habuit, in quibus Clericos suos ad morum honestatem fervide adhortatus, Confessariis & Concionatoribus injunxit, ut in pravam jurandi, blasphemandi, & imprecandi consuetudinem vanamque observantiam, & superstitionem acriter inveherentur, eamque extirpare satagerent. Præcepit etiam, ut ad erudiendam juventutem Scholæ ubique conservarentur, & pro amplitudine

Concil. German. t. 10.

Hist. Eccles. Tom. LXIII. Qq

Sæc. XVII. tudine Parochiarum plures erige-
A. C. 1671. rentur.

§. LV.

*Scriptorum Ecclesiasticorum opera
& decessus.*

*Vid. supra
§. 43. p. 583.
Bibl. Hist
P. Le Cerf.
pag. 416.
Alegambe
Bibl. Script.
S. J.*

Inter Catholicos Scriptores Ecclesiasticos hoc anno defunctos recensentur. I. Robertus Quatremarius Benedictinus Congregationis S. Mauri, quem in controversia pro Auctore libri de Imitatione Christi strenue depugnasse, jam supra retulimus: Hic ergo contra Frontonem Canonicum Regularem An. 1649. edidit librum sub hoc titulo; *Joannes Gersen Vercellensis Ord. S. Benedicti Abbas librorum de Imitatione Christi, contra Thomam a Kempis vindicatum Joannis Frontæi Canonici Regularis Auctor assertus*: item scripsit alium librum ita inscriptum; *Joannes Gersen iterum assertus contra refutationem Joannis Frontæi*. Edidit quoque Privilegium Sangermanense propugnatum contra Joannis Lanonii inquisitionem, necnon Joannis Lanonii & Joannis Baptistæ Hamellii paradoxa, Dissertationem de Privilegio S. Medardi contra Lanonium & Blotdellum, aliamque sub titulo: *Concilium Rhemensis in causa Godefridi Ambianensis Episcopi celebrati falsitas demonstrata*. Er-